ASTESANUS DE AST
Saalfelden/Salzburg, 1471-1472
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

IIII

in cathecismo. In baptismo et
confirmacione. Non est autem de
cenis licet non sit prohibitum con-
iuges simul levare puerum al-
terius de baptismo. 30. q. 4. c. quod autem
Non debet autem aliquis aliquem
baptisare quam in ecclesiis ubi sint
fontes ad hoc specialiter depu-
tati nisi filius esset regis vel
principis et talis necessitas emi-
neret propter quam sine periculo ad
ecclesiam accedi non posset. De
baptismo parvulorum faciendo R. ordo
pertinens ad solempnitatem bap-
tismi secundum morem ecclesie
usitatum hic est. Primo enim
insufflatur ut sic virtus dia-
boli interior appellatur et
exterior expellenda significetur
Secundo signum crucis fit
in pectore et in fronte ut
demon se cognoscat expel-
lendum tam in occulto cordis
quam in operto confessionis. Ter-
sal in ore ponitur ut significetur
quod per baptismum sapor sapientie
preparatur. Quarto fit auri-
um et narium cum sputo lini-
cio ut discernetur gratia ad dis-
cernendum et obediendum sig-
nificetur. Quinto fit linitio olei
sancti quod dicitur oleum cha-
tecuminorum in pectore et sca-
pulis ut significetur unctio
ad deum amandum et eius one-
ra portandum. Sexto fit
post baptismum inunctio cris-
matis in vertice ut significetur
apertio mentis in pulneab. 9
ad contemplandum. Crisma est

confectum est ex oleo lucente et
balsamo conservante et debet
hec unctio fieri cum crismate no-
vo non veteri de con. dis. 4. c. Presb.
Episcopo tamen presente non debet cris-
mare infantes baptisatos presbiter
et in vertice nisi episcopo iuben-
te sicut et non debet benedi-
cere nisi iussu episcopi episcopo pre-
sente de con. dis. 4. c. omni tem-
pore. Septimo vestitur veste
munda et alba ut significetur
candor innocencie et stola re-
surrectionis. Ultimo ponitur
cereus in manibus ut sit lu-
cerna pedibus eius verbum domini
et lumen semitis eius. Dioni-
sius vero aliud modum ponit
sacramentalium baptismi qui
in primitiva ecclesia servabatur
in solempni celebracione baptismi
quando adulti veniebant ad bap-
tismum. Hugo vero de sancto Vi-
ctore aliam ponit formam. Tamen
modus predictus est magis
usitatus secundum Bon. dd. l. o.
nota quod eorum que aguntur
post baptismum aliud est quod non
solum significat sed etiam efficit
puta unctio que fit in verti-
ce que operatur conservacionem
gratie baptismalis. Aliud est quod
nichil efficit sed solum signifi-
cat sicut quod datur eis vestis
candida ad significandum novitatem
vite. Hec Tho. Pedes autem bap-
tisatorum non sunt lavandi aqua
consecrata. e. q. 1. emendari.
presbiter. Tamen mediolanensibus hoc per-
mittitur facere et hoc faciunt. Am-